

Joachim Schnobel Heinrich Acidalius

Disputatio luridica continens Iuris Feudalis Synopsis

Rostochii: Kilus, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn732589193>

Druck Freier  Zugang



Übersicht über Adelsrecht

Schnobel- Acidatus. ^{Part.} 16
jur. 1649.

DISPUTATIO JURIDICA

continens

JURIS FEUDALIS
SYNOPSIS

Quam

DEO TER OPT: MAX: Adjuvante
Consensu Magnifici & Nobilissimi
Jctorum Ordinis in florentissima
ad Varnum Academia

SUB PRÆSIDIO

Amplissimi, Consultissimi & Excellentissimi

VIRI

DN. JOACHIMI SCHNOBELII,

J. U. Doct. & Antecessoris celeberrimi,

Præceptoris & Promotoris sui omni observan-
tiæ & reverentiæ cultu æternum
devenerandi

Publicè examinandam proponit

HEINRICUS ACIDALIUS,

Marchicus A. & R.

In Aroaterio Majori ad diem 8. Septembr.


✻(o)✻

ROSTOGHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typographi

ANNO M, DC. XLIX.

1649



SERENISSIMI ET POTENTISSIMI
ELECTORIS BRAN-
DENBURGICI &c: &c: &c:
Consiliariis Intimis

VIRIS

*Magnificis Generosis, Nobilissimis Excellen-
tissimis, Amplissimis*


DN. THOMÆ à KNESENBECK,
Hereditario in Tielsen &c. &c.

DN. NICOLAO ERNESTO à PLATEN,
Hereditario in Quitzouw &c: &c:

DN. ERASMO SEIDEL, Jcto:


DN. RIECHARDO DIETERDEN, Jcto.

*Dominis Promotoribus suis, & respectivè
Cognato submissè & observanter colendis*



Hanc Disputationem & sua
studia offert.

HEINRICUS C. F. ACIDALIUS,



CUM DEO.

NE de sole, an luceat, cum Pirrho, nec de ligno, an lignum sit, cum Herillo, disputare velle videar; operæ pretium ratus fui, doctrinam Juris feudalis, ut difficillimam ita usitatissimam, scituq; necessariam, thesibus non nullis proponere. Pro feliciore verò expeditione ad illud in nomine JESU l. 2. C. de Offic. Prefect. Afric. me accingo. Tunc enim (teste Imperatore) bene universa geruntur ac competenter, si rei initium fiat decens & amabile Deo Nov. 6. pr.

THESIS I.



Um autem cujusq; rei potissima pars sit principium (referente Jcto Cajol. l. 1. de O. l.) non immerito de Origine feudorum initium capit nostra disputatio. Sunt qui cum prima Monarchia feuda existisse putant; Quidam referunt ea ad Gallos; Pauci Frisis ascribunt; Complures à Romanorum vel Clientelis, vel militis, vel fundis limitaneis seu limitrophis, vel hominibus, profecta esse arbitrantur. videatur Giph. de feud. cap. 2. Fach. 7. contr. 1. Rittersh. parsit. feud. lib. 1. c. 1. quest. 5. Pleriq; Longobardis (populis Germaniæ Tacit. de morib. German. cap. 4. olim Marchiam mediam inhabitantibus Claver. introduct. in Geograph. lib. 3. cap. 2.) ut vocabula, & maximam juris feudalis partem, ita & initia feudorum assignant; (cujus conjecturæ causam non levem præbet Tacitus de mor. German. l. 14. mem. 3. & 5.) & horum sententia nobis probabilior videtur.

2. Longobardorum itaq; moribus 1. F. 5. §. præterea 2. F. 1. jus feudale 1. F. inf. 2. F. 99. & 102. prout in libris feudilibus constitutum habemus, introductum, progressu verò temporis auctum & enucleatum est Constitutionibus quorundam Imperatorum (veluti Lotharij lmi 1. F. 19. & seq. Conradi ldi 1. F. 1. §. 2. Henrici III. 2. F. 57. Lotharij III. 2. F. 25. Conradi III. 2. F. 40. Friderici lmi 2. F. 27. 33. 53. 54. 56.) nec non Responsis Prudentum (Philiberti sc. 2. F. 6. Gerhardi Nigri Capagisti, Oberti de Orto, aliorumq; 2. F. 25. 28. 30. 34. §. 1. & seq. 36. 51. §. 1. 2. 3. 5. 6. & 7.) ut & decreto Pontificis Urbani 1. F. 6. pr.

3. Refertur autem ad jus non scriptum 2. F. 1. 2. F. 2. §. f. 2. F. 3. §. 1. 2. F. 7. 2. F. 9. 2. F. 25. etiamnum hodie, licet bonæ recordationis gratia in scriptis

A

fit

fit redactum 2. F. 84. (non enim scriptura, sed expressus consensus jus scriptum à non scripto distinguit *§. fin. 7. de J. Nat. G. & C. l. 32. de LL.*) legisq; vim & auctoritatem habet, non ex compositione, (cum à privato quodam homine ex variis Pragmaticorum in foro Mediolanensi versantium libris, præcipuè Gerhardi & Oberti, sine ulla legis condendæ auctoritate, sit collectum) sed approbatione Imperatorum, & quatenus per tempus immemoriale in foro receptum *arg. l. 32. 33. & 35. de LL. l. 1. & 2. C. eod.* proinde Judex in causis feudalibus illud sequi debet, non minus ac jus Civile in Civilibus *Autb. jubemus C. de Judic. tam inter Clericos quàm Laicos arg. c. 6. & 7. ext. de for. compet.* Et quamvis in materia feudali jus Civile vincat 2. F. 1. non tamen ad decisionem causarum civilium, contra jus Civile, allegari potest. Causa verò jure feudali indecisa, jure Civili terminanda venit 2. F. 1.

4. Feudum, non à fœdere, ut voluit *Zaf. Epit. feud. parr. 1. n. 2.* neq; à fâida vel feida h. e. inimicitia, ut sentit *Rittersh. part. feud. lib. 1. c. 1. n. 12.* nec à germanico *Sûden* i. e. alere, ut differit *Fachin 7. controv. 1.* sed à fide seu fidelitate (quæ de substantia feudi esse perhibetur) deducitur 2. F. 3. *inf.* nomenq; est æquivo cum, & sumitur aliquando pro re feudali 1. F. 4. *§. f.* 2. F. 22. v. *si vero* 2. F. 26 *§. 1. inter filiam* 2. F. 28 *§. si Vasallus*, nonnunquam pro contractu, quo Vasallo jus in re constituitur, 1. F. 28. 2. F. 3 *§. 1 v. per feudum* 2. F. 9. *pr. v. si vero*, interdum pro ipso jure in re feudali constituto 1. F. 25. 2. F. 1. *inf.*

5. Definitur, vel describitur potius, secundum postremam significationem quod sit jus, in perpetuum utendi fruendi, aliena re potissimum immobili, vel æquipollenti, ex benevolentia Domini sub mutua conditione fidei concessû.

6. Dividitur feudum 1. in Proprium & Improprrium. Proprium est quod communem feudi rationem 2. F. 2. *§. f. in pr.* propriamq; naturam habet 1. F. 7. 2. F. 48. *Das eînes rechten Lehns Eigenschafft hat*; veluti consistere in re immobili aut æquipollente, 2. F. 1. *§. f.* non transire ad fœminas 1. F. 1. *§. 3.* vel ascendentes 2. F. 50. *pr.* Vasallum ad servitia præstanda obligari 2. F. 23. *inf.* alienare non posse nisi Domino 2. F. 9. 2. F. 42. 52. & 55. consentiente Improprrium quid sit vide *tb. 14.* Illud Rectum, hoc Non-Rectum & Degenerans à *Dd.* appellari solet *arg. 2. F. 33.* Quamvis Rectum feudum non semper usurpatur pro Feudo Proprio uti apparet *ex tex. 2. F. 2. §. 1.* (ubi feudum Soldatæ rectum appellatur, quod tamen est Improprrium) & 2. F. 39. 81. 91. in quibus feudum rectum dicitur de feudo, cujus justa est possessio.

7. Dispersitur II. in Ecclesiasticum, quod in re Ecclesiastica; & Seculare, quod in re Seculare constituitur. Proinde nihil interest, quis hoc vel illud constituat, quis itidem accipiat, Clericus vel Laicus, cum non ex qualitate personæ

sonarum concedentium, sed rei concessæ, feudum æstimandum sit utrum
Ecclesiasticum vel Seculare; quamvis non negemus, illud quoq; interdum di-
ci Ecclesiasticum, quod ipsi Ecclesiæ conceditur 2. F. 40. §. *item*, minus tamen
propie.

8. Feudum III. aliud est Nobile aliud Ignobile. Nobile est quod ex po-
testate & voluntate conferentis possessorem suum nobilitat. Voluntas autem
nobilitandi vel expressa est, vel tacita: illa, quando concedens nobilitatem
unà tribuit; hæc quando aliquem de feudo, huiusmodi dignitatem annexam
habente, investiat v. c. de Ducatu, Marchionatu, Comitatu &c. 2. F. 10. Feu-
dum enim sui natura non nobilitat, cum interdum quis investiat ab Imper-
atore de Ducatu, Comitatu &c. qui tamen inde non appellatur Dux aut Co-
mes, sed saltem possessor Ducatus aut Comitatus, *Einhaber des Fürstenthums*
oder *Gravschafft*. Ignobile (quod etiam *Burgense, Bürger* oder *Wä-
wer-Lehn / vocatur*) est, quod conceditur vel ab illo cui potestas nobilitandi
non competit; vel ab eo, cui quidem competit animum tamen nobilitan-
di non habet.

9. Nobile feudum subdividitur in Regale & Non-regale. Regale est
quod dignitatem regalem annexam habet, & à Supremo Principe, cum di-
gnitate regali concessum est, cuiusmodi est Regnum, Ducatus &c. Hodie ta-
men Regalia feuda, Principes superiorem recognoscentes, quoq; conferunt,
non tamen immediate, ut Imperator, sed mediate, cum hanc potestatem con-
ferendi ab Imperatore habent. Sic Dux Württembergensis Ducatum suum
ab Archiduce Austriaco recognoscit. *Sinolt. Col. Pub. disp. 6. th. 26. lit. K.*
Germanicè appellatur, Fahn oder *Scepter-Lehn / cum hac tamen discrimine,*
quod Regalia feuda secularia, *Fahn-Lehn /* (quia cum vexillo conferri solita
Regim. Ord. anno 1521. §. vnd behalten vns vor &c. Sed hunc morem in de-
suetudinem abiisse, hodieq; Vasallum capulumensis apprehendere, ejusq; ex-
tremum conum osculari, refert *Reink. de Reg. Secul. & Eccles. lib. 1. clas. 4.*
§. 16. n. 16) Ecclesiastica vero *Scepter-Lehn /* (quia cum sceptro conferri sole-
bant, quod etiamnum hodie observari asserit *Sinolt. disp. 5. th. 19. lit. d.*) vo-
cantur. Non-Regale est, quod non regalem dignitatem, sed huic inferiorem,
annexam habet, & vel à Supremo Principe, vel inferioribus Principibus con-
fertur 1. F. 1. pr.

10. Distinguitur IV. in Masculinum, *Mann-Lehn /* de quo mas primum in-
vestitus; & Fœmininum 2. F. 30. & 30. *Weiber* oder *Runkel-Lehn /* de quo fœ-
mina primum investita. Non enim ex acquirentis successore, neq; ex perso-
na concedentis, feudum æstimandum est an Masculinum sit aut Fœmineum
sed ex persona primi acquirentis *per tex. alleg.* Usu tamen obtentum ut in lar-

giore significatione, feudum fœmineum in genere dicatur, quod in fœminas est transitorium; Masculinum verò in quo soli Masculi, nunquam fœminæ, ne quidem masculis deficientibus, succedunt. In dubio tamen Masculinum esse præsumitur 2.F.2. §.f. nisi contrarium ab allegante probetur.

11. Feudum V. est vel Ligium, de quo Vasallus nullo excepto seu anteposito 2.F.52. §.2. 2.F.93. contra omnes, Domino fidelitatem promittit 2.F.99. Hinc fit quod nemo duorum Vasallus ligius uno tempore esse potest 2.F.99. vel Non ligium de quo Vasallus fidelitatem promittit, aliquo excepto vel anteposito, v. c. Imperatore 2.F.55. *in f.* Rege 2.F.7. *pr.* antiquiori Domino 2.F.28. *vers. contra omnes.*

12. Dividitur VI. feudum in Novum & Vetus. Illud dicitur quod de novo Vasallus acquisivit 1.F.8. §.f. 2.F.32. *in f.* Hoc quod à patre vel alio quocunq; Ascendente est acquisitum, & per successionem ulterius propagatum 2.F.11. 2.F.50. *vers. paternum.* Germanicè dicitur, Ein Alt-Alt-Väterlich-Byhrlt Väterlich-Stamm-Lehn. Subdividitur communiter in Paternum & Antiquum. Paternum vocant, quod à Patre vel aliquo Ascendente, usq; ad quartum gradum inclusivè (Avo puta, Proavo & Atavo) 1.F.8. §. *hoc quoq;* Antiquum quod ab aliis Ascendentibus ulteriori gradu existentibus, acquisitum est. Verùm effectū nihil differunt, cum non minus in Veteri & Antiquo, quam Paterno, in infinitum succedatur, 1.F.1. §.4. *junct.* 1.F.7. §.1.2.F.50. & promiscue sumuntur, pro eo, quod à Parentibus vel Majoribus acquisitum est, 1.F.4. §.2. 1.F.14. §.2. 2.F.12. §.2. *si vero* 2.F.50. Maternum tamen (uti & Fraternalium & Collateralium) paterno opponi, concedimus 1.F.15. Quod si feudum Novum à Domino concedatur jure feudi Veteris, Nach art vnd eigenschafft eines alten Stamm-Lehns / tunc manet quidem & revera est feudum Novum, effectus tamen & qualitatem feudi Antiqui assumit, & in omnibus (ratione juris effectuum) feudo Antiquo comparatur Mynsing. c.4. *obs.* 84. modò concedens sit Laicus non Clericus Mynsing. c.6. *obs.* 18. E contra si Antiquum concedatur tanquam Novum, Novi feudi qualitatem recipit, modò fiat agnatis consentientibus 2.F.45. *in f.* alius Vasallus sibi duntaxat, non agnatis præjudicat *arg.* 2.F.14. 2.F.39. *pr.* Mynsing. c.4. *obs.* 84.

13. Deniq; VII. Feudum est vel Hereditarium Erb-Lehn / quod accipienti conceditur & pro se & pro heredibus quibuscunq; 2.F.48. *zum Nechten Erb-Lehn für Erben vnd Erbnehmen;* in quo succeditur jure hereditario ex juris communis dispositione, non ex providentia juris feudalis; vel ex pacto & providentia ein Stamm-Lehn / quod accipienti, nulla heredum mentione facta, tantum pro se & liberis suis, für sich vnd seine Männliche Leibes Lehn Erb / conceditur; in quo succeditur ex providentia juris feudalis, non jure heredi-

hereditario, sed sanguinis; soli enim ex accipientis corpore descendentes ad
successionem admittuntur 1. F. 2. §. *hoc autem*. 1. F. 8. pr. 2. F. 34. §. *similiter*.

14. Feudum Improprum est; quod non habet propriam feudi naturam
2. F. 48. sed à communi feudi ratione ejusq; naturali qualitate, vel ex ipsius
juris feudalis dispositione, vel ex pacto, vel ex consuetudine recedit 1. F. 14.
inf. 2. F. 2. §. 2. F. 48. Tale est (1) Feudum Camerae Cammerlehn/ Mangelbt/
jus percipiendi pecuniam de Camera seu arario Principis 2. F. 58. pr. (2) Feu-
dum Cavenae jus percipiendi annonam, vinum sc. frumentum &c. ex cella-
rio Domini 2. F. 58. pr. Finiuntur exhausto arario & cellario sine culpa Do-
mini 2. F. 58. pr. (3) Feudum Guardiae 1. F. 2. quod Dominus dat custodi Do-
mus, pallatii castri &c. pro mercede custodiae. (4) Feudum Castaldiae vel
Gualtaldiae quod à Domino confertur Procuratori, vel administratori Do-
mus aut negotiorum pro ejus cura & sollicitudine 1. F. 2. Et hæc duo feuda an-
nuo finiuntur spatio 1. F. 2. §. 11. (5) Feudum Soldatae (à solidis vel à germa-
nico Soldt stipendio sc. militari appellatum) quando alicui annua & gratui-
ta pecuniae vel annonae quantitas loco alimentorum praestatur 2. F. 10. *inf.*
quod morte dantis vel accipientis finitur d. 2. F. 10 (6) Feudum Advocatae 2. F.
27. §. 8. seu Protectionis est, quod vel à Principe seu alto Domino pro labore
advocationis & patrocinii alicui conceditur; vel quod Inferiores (praeser-
tim Monasteria, Ecclesiae & Civitates) Potentioribus seu protectoribus & de-
fensoribus suis, Schutzherr/ Schirmherren/ pro tutela & defensione dari so-
lent. Gothof. Anthon. *disp. feud.* 1. th. 7. lit. 7. (7) Feudum Habitationis, est
jus Domum aliquam jure feudi inhabitandi 2. F. 75. §. 105. quod morte acci-
pientis finitur 2. F. 105.

15. Referuntur insuper ad Impropra feuda (1) Feudum Foemineum th.
10. (2) Hereditarium th. 13. (3) Feudum Injuratum in cujus concessione Va-
sallo juramentum fidelitatis est remissum 2. F. 3. *inf.* 2. F. 24. §. 1. *inf.* 2. F. 40. pr.
2. F. 76. (4) Feudum Alienabile quod ita datum est ut in quemvis alienari pos-
sit, invito Domino invitisque Agnatis 2. F. 48. (5) Feudum Pignoratitium Pfand-
lehn/ quod ita concessum; ut pro pecunia Domino numerata, Vasallus eo pi-
gnoris loco utatur fruatur, Domino tamen ejusve heredibus illud quovis tem-
pore redimere liceat Goth. Anton. *disp.* 1. th. 7. lit. g. (6) Feudum Emptum seu
Emptitium, quod interveniente pecunia acquiritur. 1. F. 1. §. ult. 1. F. 2. 1. F. 7.
1. F. 16. 1. F. 20. §. 24. (7) Feudum Francum Freylehn/ quod ab omni servitio
est immune 2. F. 104. *inf.* pr. (8) Feudum certi servitii seu Conditionatum ein
Secklehn/ de quo certum & determinatum praestandum est servitium 2. F. 23.
inf. v. c. ut festivis diebus cum uxore Domini Vasallus vadat ad Ecclesiam 2. F.
2. §. ult. Hujus species esse volunt (9) Feudum Castrense Bургlehn/ (quod

datur ad hoc ut Vasallus Dominum juvet in certo aliquo castro, oppido defendendo) & (10) Feudum Aulicum Hoff- & Ehn/ quod pro officio certo aulico obeundo concessum est; Quale possident Mareschalli, Camerarii, Pincernæ & Dapiferi hereditarii pro suo isto officio Goth. Anton. *dl. lit. K.* Et hæc sunt præcipua feuda Impropria, quæ alias innumera; Quotiescunq; n. receditur, à communi feudi natura, in iis, quæ mutationi obnoxia sunt, toties feudum constituitur Improprrium; ita tamen, ut quatenus recedat sit improprrium, in reliquis vero omnibus jure feudi proprii censeatur 2. F. 48. *S. sed qualitercunq;*.

16. Recensentur quidem ab Interpretibus & aliæ feudorum divisiones, adeo ut nonnulli 20. afferant, verum nos præcipuis antea recensitis (quibus reliquæ ferè omnes continentur) contenti sumus; & progredimur ad Personas quæ dare & concedere, quæq; accipere & acquirere feudum possunt. Persona concedens dicitur Dominus 1. F. 24. & seq. Senior 1. F. 17. 18. 2. F. 52. *pr. inf.* Patronus, Infeudans, *der Ehn-Herr*; Accipiens vero appellatur Fidelis, 1. F. 1. S. 1. 1. F. 10. 2. F. 19. Vasallus 2. F. 4. Miles 1. F. 22. 2. F. 26. Client, Clientulus 1. F. 10. & 13. Investitus 2. F. 104. S. 1. Infeudatus 2. F. 55. *vers. præterea.* Conjux & Amicus Domini, 2. F. 58. *pr. der Ehn-Mann.*

17. Dare feudum omnes possunt, qui liberam bonorum suorum administrationem, alienandiq; facultatem habent 2. F. 3. *pr. nec refert* Masculi sint an foeminae, Nobiles vel Ignobiles *arg. gen. tex.* 2. F. 3. *pr.* Laici vel Clerici 1. F. 1. *pr.* Inter Clericos autem primum locum obtinet Papa seu Pontifex, qui libere de bonis Ecclesiæ disponere potest, cum caput & Monarcha esse fingatur, omnium Ecclesiarum *c. cuncta per mundum* & *c. seq. cuncta per Principem c. patet. c. nemo 9. quest. 3.* Hunc proximè sequuntur Patriarchæ & deinde Archiepiscopi, Episcopi, Abbates Abbatissæ & Præpositi 1. F. 1. *pr.* (quibus pro nostri Imperii statu & alii addi possunt) Hi omnes bona Ecclesiæ in feudum dari possunt, sine consensu tamen Cleri non aliter *c. 1. 2. & 5. ext. de reb. Eccles. non alien.* quam si is Ecclesiæ mos antiquus sit 1. F. 1. *pr.* & res infeudari solita 1. F. 6. Feuda autem à Clericis data dicuntur *Krumstäbisch Ehn/* vel *Ehn vom frummen Stab.*

18. Laicorum caput est Imperator Romanus. Appellatur enim mundi Dominus 1. 9. *ad L. Rhod. de jact.*, præcipuus Princeps *o. 2. de sentent. & re judic. in 6.* Cujus nomen apud omnes terræ populos nominatissimum est *Nov. 30. inf.* Cui omnes Principes Christiani loco cedunt, *teste capitali Germani nominu Germaniciq; Imperii hoste Bodino lib. 1. de Repub. cap. 9. fol. 227. in med.* & quidem non immerito, cum nullus Principum, præter Imperatorem, Reges creare possit. Sicut enim antiquitus Imperium Romanum reges dabat

dabat Judæis, Syris, Parthis, Albanis, Colchis, Iberis & aliis, ita postea quæ illud ad Germanos est devolutum, eadem reverentia mansit, ut Imperatores nostri Bohemiæ, Poloniæ, Daniæ & Sueciæ Principes, regalibus dignitatibus decoraverunt, inquit *Excel. Sinolt. Col. Pub. disp. 3. th. 21. lit. f.* & cum anno Christi 1637. Respubl. Genuensis, propter Regnum Corsicum, Duci suo coronam regiam obtulisset, gloriosissimi Imperatoris nostri FERDINANDI II. consensum accessisse, tradit *Sinolt. d. l. disp. 8. th. 8. lit. a.* Ab Imperatore proximus est Rex Romanorum, speciatim Cæsar dictus; quem ordine in Imperio Romano sequuntur Electores (quorum dignitas summa est: adeo ut etiam Regibus æquiparentur, *Sinolt. d. l. disp. 7. th. 2. lit. a. & th. 19. lit. b. & c.*) Archiduces, Duces, Comites Palatini, Marchiones, Landgravii, Burggravii, Principes (in specie sic dicti) Comites, Barones, Nobiles: Quos omnes feuda dare posse nullum est dubium, cum hoc concessum privatis & ignobilibus *per tex. gen. 2. F. 3. pr.*

19. Secundum regulam vero *th. 17.* traditam feudum constituere nequit: Impubes & Minor, antiquum tamen renovare concessum *2 F. 3. pr. arg. l. 7. §. 1. de pecul.* Filius familias bona adventitia (nisi pleno jure sint sua *l. 7. C. de bon. qua lib. Nov. 117. c. 1.*) & profectitia infeudare nequit *l. fin. §. 5. C. de bon. qua lib.* Castrensis vero & quasi castrensis potest *l. 7. §. ult. de donat. l. ult. C. qui test. fac.* (in his enim pro patre familias habetur *l. pen. & ult. C. de bon. qua lib. l. 2. de SC. Maced.*) nec Procurator, (licet sit totorum honorum) sine speciali mandato infeudare potest *arg. l. 63. de procur. l. 7. de don.* Quemadmodum nec Tutor nec Curator *1. 1. C. de reb. min. sin decret. non alienan.* nisi feudum sit antiquum, cujus concessio non tam alienatio quam prioris feudi renovatio est.

20. Acquirere possunt feudum omnes, non ætatis, sexus, status, conditionis, nec ulius qualitatis habita ratione *2. F. 3. vers. personam* modò non expresse prohibeantur: ad quam classem pertinet hereticus *arg. l. 4. 10. 12. & 18. C. de heret. & Manich.* Proscripti & Banni Imperii fulmine perculsi (quia promortui habentur) Majestatis Læsæ rei, usurarii manifesti, & reliqui infames, utpote feudi dignitatum, incapaces *l. 2. C. de dignit.* Gothi: Anton. *disp. 2. th. fin. lit. f.*

21. Quo ad ætatem parum refert, cujus sit Accipiens, modò infantiam egressus sit: *per tex. gen. 2. F. 3. v. personam* Infans enim, cum non intelligat quid loquatur, multominus quid agat, imò non multum à furioso distat, *§. 11. J. de inut. stipul.* feudum acquirere nequit, sed tutor ipsius nomine *arg. l. 5. C. de jur. delib.* Sexum quod attinet, non attenditur, sine unius, Masculus: an: foemina *1. F. 8. 2. F. 17. 30.* vel utriusq; Hermaphroditus; nec moramur

uter:

uter sexus præponderet, eum illa distinctio saltē in successione feudi obser-
vetur Goth. Anthon. *disp. 2 th. fin. lit. a.* Quo ad statum quoq; nulla est dif-
ferentia siquidem tam servus (nisi ignorantia præ tendatur) quàm liber ho-
mo 2. F. 3. v. *personam* sive pater sit sive filius fam. d. 2. F. 3. feudum accipe-
re potest, ususfructus tamen feudi non patri, sed filio acquiritur, quia censeo-
tur jure peculij castrensis vel quasi l. 1. C. de castrens. pecul. (datur enim præ-
cipue ob militaria servitia arg. tex. in quibus Vasallus appellatur miles) cujus
usumfructum pater non habet l. 6. pr. C. de bon. qua lib. Servus autem de feu-
do investitus, si proprius sit, unà libertatem consequitur arg. §. 1. de hered. in-
stit. si alienus non sibi sed Domino acquirit §. 3. per quas person. nob. acquir.

22. Nec interest cujus conditionis aut ordinis sit Accipiens, an ipso dan-
te inferior, similis, vel superior 2. F. 100. nobilis an ignobilis 2. F. 3. vers *perso-
nam* Laicus an Clericus 2. F. 4. §. 40. §. ult. Qualitatem quoq; quod attinet,
nihil refert si Vasallus vitio quodam vel animi vel corporis laboret, quo mie-
nus volente Domino, de feudo investiri possit arg. l. 23. de minor. quod si ta-
men vitium post acquisitionem superveniat, propter quod tenori investitu-
ræ Vasallus satisfacere nequit, feudum amittit 1. F. 6. §. fin. vid. th.

23. Materia feudi, in qua constituitur, sunt res immobiles (in mobili-
bus enim, v. c. pecunia numerata, feudum constitui nequit, arg. 2. F. 1. §. sci-
endum nisi improprium arg. 2. F. 20. In Marchia tamen consuetudine introdu-
ctum est, ut pecunia in feudum dari possit, attestante Scheplit: par. 4.
Consuet. March. tit. 25. §. 1. vum. 7. m. q. ad num. 14. inclusive) & quidem (1.)
vel merè tales, quæ sc. de loco in locum movere nequeunt, quales sunt res
soli v. c. fundus, hortus (non pensilis) fodinæ &c. vel (2.) solo coherentes ;
uti castra, silvæ, lacus, molendina (solo sc. fixa non in aquis natantia, nisi sine
Bannaria Niell: *disp. feud. 3. th. 11.*) vel (3.) quæ inter immobiles habentur 2. F. 1.
§. sciendum ut sunt Reditus annui Jährliche Renten / Zinse arg. Nov. 7. in
perpetuum non ad modicum tempus constituti Mynsing c. 1. obs. 69. Actio-
nes ad res immobiles competentes arg. l. 15. de R. I. ut & Regalia 2. F. 56. non
quod pecunia vel commodum inde rediens sit feudum, sed quod jus illud
commodum percipiendi pro feudo habetur.

24. Non tamen refert, an res in feudum data sit propria dantis 2. f. 3.
(accipientis enim propria ipsi in feudum dari nequit arg. l. 45. de R. I. §. 14.
de act. nisi sciens eam ut alienam ab alio recognosci & in feudum dari velit)
unicuiq; enim licitum est bona sua allodialia in feudum redigere & ab alio
recognoscere seine eigene frey Güter zu Lehn machen / vñ einen Herren zu Lehn
aufftragen) an aliena aliisq; obligata, 2 f. 8. 2. f. 25. in med. an communis,
2. f. 58. §. 2. v. item sciendum secularis an Ecclesiastica 1. f. 6. in pr. (titulis ex-
ceptis,

ceptis, unde sc. se Ecclesiasticæ personæ alant, nisi antiquitus datæ sint in feudum 1. F. 6. vide tb. 17.) modo sit in commercio & nec generaliter (ut res Sacra, Sancta, Publica l. 1. pr. l. 6. §. 2. de R. D. §. 8. J. eod.) nec specialiter lege (ut fundus dotalis s. 1. ff. & C. de fund. dotal. prædia minorum t. s. C. de præd. minor. bona liberorum adventitia l. 1. C. de bon. mater.) nec ab homine, & vel testatoris iudicio arg. l. fin. C. de reb. alien. non alien. vel contrahentium pacto 2. F. 3. pr. alienari prohibeantur.

25. Quod si res aliena in feudum data, postea per verum Dominum vel Creditorem, à Vasallo fuerit evicta, datur Vasallo actio de evictione contra Dominum (sive scientem sive ignorantem rem alienam esse 2. F. 8. modò ante condemnationem Vasallus eum vocavit ut se defendat 2. F. 25. l. 7. 8. C. de evict.) & feudum æq; bonum præstet 2. F. 8. 2. F. 25. vers. respondi vel nummos in feudum dandos numeret 2. F. 25. d. vers. modò Vasallas ignoret, se alienæ rei investituram accipere; siquidem scienter accipiens de evictione agere nequit 2. F. 80. 87. inf. & 96. (quia in acquirendo malam fidem habuit 2. F. 80. & 87.) nisi pacto speciali sibi prospexerit 2. F. 8. Ob rem communem in feudum datam utrinq; datur actio communi dividundo, si alteruter à communiione (in qua nemo invitus manere cogitur l. ult. C. com. divid. cum plerumq; discordias alat l. 77. §. 20 de leg. 2 & immensas sæpe excitat contentiones l. 26. de S. U. P.) discedere velit 2. F. 58. §. item.

26. Constituitur feudum vel inter vivos vel mortis causa. Inter vivos pollicitatione l. 3. pr. l. 4. l. 6. de pollicit. Donatione 1. F. 1. §. & quia vidimus & § hoc quoq; vers. notandum, & passim Venditione 1. F. 1. inf. 1. F. 2. 1. F. 7. vers. vel nisi 1. f. 16. 1. F. 20. 2. f. 12. Permutatione 1. F. 4. §. cum autem. f. 22. vers. si quis (ubi Compiler Longobardico suo sermone permutationem cambium vocat.) Mortis causa per ultimam voluntatem testamento, Codicillis, mortisq; causa donatione declaratam. Cum enim inter vivos constitutio feudi concessa, multo magis in ultima voluntate arg. s. t. de L. Fus. can. tollen. præsertim cum nullibi iure feudali reperiat prohibita arg. 2. F. 1.

27. Acquiritur feudum tribus modis: Investitura (propria sc. Abusiva enim paucis casibus exceptis, non est modus acquirendi sed constituendi vid. tb. 30.) Successione 2. F. 1. §. sciendum 2. F. 33. pr. & Præscriptione 2. F. 26. §. si quis per. 2. F. 87. Pleriq; quidem F. E. feudi constitutionem cum acquisitione confundunt, quæ tamen omnino distinguenda sunt, cum natura constitutio acquisitione prior sit arg. 1. F. 25. licet nonnunquam fieri possit ut utraq; tempore simul sit 2. F. 1. 2. F. 33.

28. Investitura, quæ & Investitio appellatur 2. F. 26 & 29. à germanico Best five Besten/ quod firmum & firmare significat, dicta Giph. de feud. c. 9.

n. 9. aliquando denotat ipsam feudi possessionem 2. F. 2. pr. aliquando Instru-
mentum, ad memoriam feudi concessi confectum, 2. F. 58. §. 2. *vers. idcirco*
quod etiam breve testatum vocatur 1. F. 2. 3. 4. §. 3. & 5. 2. F. 32. *in f.* Ein Leh-
Brieff/ aliquando ipsum investicendi actum 2. F. 1. *in f.* 2. F. 11. pr. 2. F. 33. *in pr.*
Die Belehnung.

29. Definitur juxta postremam significationem: quod sit solennis à Do-
mino Vasallo facta feudi cessio. Estq; vel Nova, quæ sit de feudo novo, quod
primum quæritur 2. F. 32. vel Vetus quæ sit de feudo veteri 2. F. 3. pr. Domino
vel Vasallo mortuo 2. F. 32. quam & Renovatam appellant Anton. *disp. 4. th. 2.*
lit. 4. est enim Novæ illius investituræ primitus factæ renovatio & quasi redin-
tegratio, quæ nihil novi juris addit, sed id, quod invenit, confirmat.

30. Nova Investitura subdividitur in Propriam & Impropriam seu Abu-
sivam 2. F. 2. pr. Propria (quæ etiam Realis à Dd. appellatur) est rei in feudum
concessæ corporalis traditio & apprehensio, arg. 2. F. 2. pr. & fit quando Do-
minus Vasallum in feudi possessionem realiter (Wirklich vnd Leiblich) in-
ducit. Improptia seu Abusiva (quæ & Verbalis dicitur) est imaginaria quæ-
dam promissi feudi verbis & signo aliquo à Domino Vasallo facta repræsen-
tatio, 2. F. 2. pr. Et fit quando loco rei sceptrum, vexillum, gladius, hasta &c. à
Domino, se per hoc investituram facere dicente, Vasallo porrigitur 2. F. 2. pr.
Quæ, si in præsentia rei feudalis & sub ejus aspectu facta sit, arg. l. 1. §. pen. l. 18.
§. 1. de A. P. l. 74. de contrab. emp. pro vera possessionis traditione habetur, uti-
leq; Dominium transfert, per eamq; Vasallo feudum acquiritur *alleg. ten.*
quod & tunc obtinet, si Dominus coram paribus Curie Vasallum jubeat ire
in possessionem prædii feudalis, & illud pro feudo tenere 2. F. 33. pr. Quibus
(& forte similibus) casibus per abusivam investituram feudum acquiritur,
cùm alias per eam obligatoriè tantùm constituatur, Excel Dn. Præf. *disp. feud.*
s. th. 7. interim tamen Dominus præcisè ad tradendum obligatur 1. F. 4. pr.
2. F. 7. §. 1. 2. F. 26. §. si facta (modo tradendi facultatem habeat arg. l. 68. §.
fin. de contrab. emp. l. 8. de evict.) nec præstando interesse liberatur 2. F. 7. *in*
f. 2. F. 26. §. si facta Mynsing. c. 4. n. 61. Quod si plures de eodem feudo investiti
sint, potior is habetur cui possessio tradita est arg. l. 12. §. 15. C. de R. V. l. 6. C.
de hered. vendit. l. 31. §. u. t. de act. emp. alteri tamen Dominus interesse 2. F. 7.
in f. vel æquivalens feudum arg. 2. F. 8. pr. & 2. F. 25. *vers. respondi* præstare te-
netur Mynsing. d. l. *in fin.*

31. Ad Abusivam Investituram quoq; pertinet illa, quæ à F. F. appellatur
Expectativa ein Expectantz oder Anwartsung/ iuem ein Gnaden-Lehn/ quando
quis de feudo, quod alius adhuc detinet & possidet, investitur à Domino, in
casum quo sibi vel heredi, v. c. per mortem possessoris, apertum fuerit. 2. F. 3.

1. F. 9.

1. F. 9. pr. 1. F. 27. § *si quis* 2. F. 26. §. *moribus* 2. F. 35. *vers. ubi verò*. Et hæc in
 vestitura, non solum Vasallo possidente consentiente, verum etiam invito
 2. F. 26. §. *moribus* 2. F. 35. & multò magis l. 26. de R. J. eo ignorante 1. F. 27. §.
si quis à Domino fieri potest, modò Vasallo vivente nullum detrimentum de
 suo feudo contingat d. c. 1. F. 27. Quod si hoc modo investitus, Vasallo posses-
 sori præmotiatur, spem feudi acquirendi ad heredes transmittit 1. F. 9. arg. §. *si*
sub conditione vers. ex conditionalis §. de V. O. neq; eam amittit; si fortè Domi-
 nus, antequam feudum aperiatur, mortuus sit; tenetur enim concedentis
 Laici heres investituram adimplere 1. F. 3. in f. 1. F. 9. 2. F. 26. §. *moribus* 2. F. 58.
 §. 2. *vers. item heredes arg. l. 57. de V. O.* Clerici verò successor, ut hoc casu An-
 tecessoris sui investituram ratam habeat, cogi minimè potest *alleg. tex.* 1. F. 3.
 2. F. 26. & 2. F. 35. nisi investitus nomine ejus in possessionem missus sit 1. F. 3.
 vel concedens decesserit feudo ad se jam reverso 2. F. 35. *vers. si tamen*.

32. Est & alia Investituræ species, in Marchia, aliisq; Germaniæ provin-
 ciis, consuetudine introducta, quæ dicitur Simultanea, ut & Investitura Con-
 junctæ manus, die gesampte Hand/ qua duo vel plures simul de uno eodemq;
 feudo investuntur, unus quidem propriè, cæteri abusivè, ita sc. ut abusivè
 investiti, altero sine successore mortuo, succedunt, nulla attenta gradus præ-
 rogativa Lindem, *disf. feud. 2. cap. 4. sb. 20.* nisi in investitura vocentur, *Nach*
rechter Sipzähl.

33. Investituram veteris feudi, quoties necesse est, & semper Domino vel
 Vasallo mortuo 1. F. 22. pr. 2. F. 24. pr. intra annum & diem Vasallus petere
 tenetur, 2. F. 40. & 55. transacto enim hoc spatio 2. F. 55. (quod à Do-
 mino Vasallo invito contrahi nequit *arg. l. 74. & seq. l. 186. de R. J.*) à tempo-
 re scientiæ computando 2. F. 9. §. 1. *vers. porro* quo primum heres mortem
 Vasalli vel Domini 2. F. 24. 2. F. 40. rescivit *arg. l. 2. quò ord. in pos. servet.* nisi
 justa causa intervenerit, 2. F. 22. & dolus omnisq; culpa abfuerit, 2. F. 52. §. *si*
 2. F. 92. & 97. beneficium amittit 2. F. 24. pr. & perdit 2. F. 40. pr. idq; ad Do-
 minum redit 2. F. 55. in pr. *vers. præterea*. Novi verò feudi investitura quando
 petenda, nullibi reperitur expressum; Vasallus tamen ad requisitionem Do-
 mini, fidelitatem facere debet, nam ter admonitus, facere nolens, feudum
 amittit 2. F. 24. §. *est & alia*. Quod si Vasallus intra constitutum tempus pe-
 tendæ investituræ moriatur, ejus successorì integrum tempus dabitur, si feu-
 dum sit antiquum, si vero novum, inchoatum supplebitur tempus, & illud
 tantum datur, quod defuncto supererat; *Zaf. part. 7. n. 7 & 9.*

34. Facit Investituram Dominus immediate proximus *arg. 2. F. 55. §. in-*
super vers. illud, vel per se vel per alium 2. F. 3. §. *sed utrum.* 2. F. 58. §. *item v. c.*
 Cancellarium &c. Quod etiamnum hodie obtinet & observatur in Feudis

Regalibus ab Imperatore conferendis X. A. zu Wormbs de anno 1521. tit. von
Röm. Königl. Maj. Regim. §. vnd sollen mittler zeit. Non obstante d. X. A.
§. vnd behalten Vns vor. & A. B. cap. 5. Quod si Dominus plures heredes ha-
beat, unus (plerumq; Senior) investire, & fidelitatem omnium recipere no-
mine, solet; Vasallus enim pro uno feudo plures Dominos habere 2. F. 55. §. 1.
vers. praterea aut duas fidelitates facere, non tenetur 2. F. 77. & 102.

35. Eodem modo Vasallus vel per se vel per alium 2. F. 3. §. sed utrum, 2. F.
58. §. item vers. item investitura v. c. gestorem 2. F. 81. nuncium, 2. F. 58. §. item,
procuratorem 2. F. 3. §. sed utrum, servum 2. F. 3. §. personam investituram ac-
cipere potest; qui, si plures filios habebat, nec feudum ad unum ex divisione
pervenerit, omnes investituram petere, fidelitatemq; præstare tenentur 2. F.
26. §. omnes 2. F. 55. §. 1. vers. praterea 2. F. 99. Ratio habetur 2. F. 77. Hodie ta-
men in Imperio nostro inter Principes ejusdem familiæ, in successione æqua-
les, major natu, suo & aliorum nomine, vel ipse vel per procuratorem petere
solet, referente Reink. 1. clas. 4. cap. 17. n. 40. Locus autem competens, in quo
petitio investituræ fieri debet, regulariter est Domini curia, aut locus habita-
tionis consuetæ, nisi pacto vel privilegio aliud cautum sit, quale privile-
gium habere dicuntur Serenissimi Archiduces Austriae, ut & Rex Bohemiarum,
attestante Sinolt. Col. Pul. disp. 7. th. 18. lit. e. Modus vero petendi, in jure feu-
dali specialiter expressus non reperitur, generaliter tamen præcipitur, ut cum
præfatione honoris, devotè, reverenter & obsequiosè fiat arg. 2. F. 22. vers. cu-
ria 2. F. 23. vers. quomodo, quod in novæ investituræ petitione tanto magnifi-
centius observari solet, pro ut exemplis demonstrat Sinolt. d. l. in pr.

36. Fieri potest Investitura vel purè, vel in diem, vel sub conditione 1. F. 9.
2. F. 35. v. ubi vero, non qualibet, sed possibili arg. §. 11. de inutil. stipul. pactis
nonnunquam variis adjectis, quibus feudorum naturæ derogatur, 2. F. 18. quæ
si honesta sint §. 24. de inutil. stipul. l. 26. de V. O. (quale est v. c. ut Dominam
Vasallus comitetur ad Ecclesiam 2. F. 2. alia Exempla existant 2. F. 3. inf. 2. F. 24.
§. est & alia 2. F. 47. inf. 2. F. 76. 2. F. 107. 2. F. 48. & passim) nec expresse im-
probata, quale est Pactum L. Commissoriae 2. F. 51. §. 6. omninò servanda ve-
niunt l. 1. de pact. c. 1. & 3. ext. eod. Quod si feudum Novum & Seculare, fa-
cienda est investitura coram paribus Curia, 2. F. 32. pr. 2. F. 58. §. quod & §. seqq.
in fin. (ubi ratio) 1. F. 26. pr. v. testes vero, ad minimum duobus 1. F. 16. §. 1. 2. F. 2.
pr. 2. F. 58. §. quod autem (ubi ratio) modò pares habeat, 2. F. 2. pr. 2. F. 33. pr.
v. quod autem 2. F. 58. §. quod autem His enim planè deficientibus, vel saltem
non præsentibus (quo casu tamen absentes ad actum investituræ citandi, &
pro arbitrio judicis expectandi 2. F. 33. pr. v. quod autem) extranei admitten-
disunt 1. F. 26. §. testes 1. F. 33. §. 9. liberi tamen 2. F. 58. §. quod autem idonei
2. F. 2.

2. F. 2. §. i. v. quod autem & meliores qui haberi possunt a F. 58. d. §. quod autem. Si verò feudum sit Vetus 2. F. 32. v. de veteri inf. vel Ecclesiasticum, tam coram paribus quàm extraneis investitura fieri potest? F. 26. pr. v. hæc omnia Soller quoq; investitura in scripturam redigi 2. F. 2. §. si enim Domino 2. F. 32. & parium vel Extraneorum subscriptione confirmari d. tex. (quod tamen non de essentia investituræ est, sed ob probationem saltem adhibetur arg. 2. F. 2. pr. v. nam si) diciturq; breve testatum vide ib. 28. quod hodie Dominus Vasallo petente semper dare tenetur, sicut econtra Vasallus Antapocham seu Reverfale.

37. Facta Investitura 2. F. 4. 2. F. 7. §. f. 2. F. 20 (abusiva sc: Propria enim fidelitatem sequitur 2. F. 3. inf. 2. F. 70. & 10. Zal. par. 7. n. 14) Domino fidelitatem 2. F. 4. & 7. inf. 2. F. 24. Vasallus (etiã si Imperator 2. F. 100.) præstare tenetur alleg. sex. & 2. F. 26. §. omnes. Excipitur tantùm Ecclesia 2. F. 101. Ratio habetur 1. F. 12. v. Ecclesia & Minor 2. F. 26. §. si minori & §. seq. Fidelitas autem die Schuppscht / nihil aliud est quàm jusjurandum quod domino à Vasallo præstatur 2. F. 4. Hinc vocatur illud jusjurandum juramentum fidelitatis 2. F. 3. inf. & qui id præstitit appellatur Vasallus per sacramentum 2. F. 47. Pacto tamen remitti potest 2. F. 3. inf. 2. F. 24. §. est & alia 2. F. 47. inf. 2. F. 76. Quo casu feudum sine fidelitate, vocatur 2. F. 76.

38. Juramentum fidelitatis non solum ab ipso Vasallo, verum etiã ab alio, procuratore sc. (mandato speciali ad id instructo) ejus nomine præstari potest 2. F. 3. v. sed usrum 2. F. 58. §. 2. v. item investura quod hodie est frequentissimum, & vocatur in animam alterius jurare, in die Seel des Principalen schweren. Juratur autem in antiquo feudo, juxta formam primæ investituræ, à cujus stricta observatione nisi utriusq; voluntate, recedi nequit Berens disp. feud. 7. tb. 27 & 28. in novo vero præstandum est illud quod existat 2. F. 5. 6. vel 7. nisi aliud placuerit.

39. Secundò acquiritur feudum Successione; quæ vel Testamentaria vel Legitima. Illa ex testamento deferretur, & in materia feudali non obtinet, cum nulla defuncti ordinatio in feudo (secus in fructibus feudi arg. 2. F. 23. inf.) valeat, 1. F. 8. pr. 2. F. 9. §. donare 2. F. 55. pr. adeò, ut non sufficiat, ad sustinendam dispositionem, Domini feudi consensus, nisi (1) in simul legitimi feudi successores consentiant arg. 2. F. 39. pr. & 1. F. 5. v. præterea, ne jus semel quæsitum iis invitis auferatur, contra l. 11. de R. l. 1. 35. de A. R. D. vel (2) feudum sit merè hereditarium 2. F. 48. 2. F. 26. §. feudum vel (3) pacto investituræ ita provisum 2. F. 84. Hodie quoq; in omnibus ferè Principum Germaniæ familiis, testamentariæ dispositiones frequentantur, quæ à filiis in reverentiam & honorem parentum non facillè impugnantur, etsi à feudorum natura in iis

quantisper fuerit recessum; ab Agnatis verò non ita semper observantur, aut sine controversia transeunt attestante Reink. *l. cl. 4. c. 17. n. 60. & seq.* Hæc, Legitima sc ab intestato defertur, & in feudis quidem locum habet, sed non eodem modo, quo jure communi, nisi in casibus jure feudali nõ decisis *arg. 2. F. 1. 40.* In successione mortui Vasalli prima semper ratio est descendentium sive liberorum *2. F. 11. pr.* (Ratio habetur in *l. 7. de bon. damnat. l. 15. de inoff. testam.*) quorum alij sunt Naturales & Legitimi simul, alij Naturales vel Legitimi tantùm, alij Legitimati. Legitimi liberi tantùm, sive sint Adoptivi in specie sic dicti, sive Arrogati, in feudis non succedunt *per tex. gen. 2. F. 26. §. adoptivos*, nisi (1) adoptati sint ab eo, cui aliàs erant successuri; vel (2) consensus Domini & agnatorum accedat, vel (3) pacto ita sit provisum. Neq; Naturales tantùm, ex iisq; Nothi sive ex concubina nati, ad successionem feudi admittuntur *2. F. 26. §. naturales*. Et cum Spuriij seu vulgo quæsitij, ut & adulterini & incestuosi, deterioris conditionis sint nothis, multò minus ad successionem admittendi *arg. 2. F. 26. §. naturales* præsertim adulterini & incestuosi, utpote qui nec alendi sint à parentibus *Auth. ex complexu C. de in cest. nupt. Nov. 89.* Legitimati dicuntur qui ex naturalibus legitimi facti sunt, vel oblatione Curia, vel Rescripto Principis, vel per subsequens matrimonium Hi ultimi, sive soli sive cum liberis legitime natis (quibus per omnia comparantibus *Nov. 11. c. ult. in med. Nov. 74. c. 2.*) concurrunt, tam in allodialibus *d. Nov. 11. c. ult. Nov. 89. c. 8. l. 10. & 11. C. de natural. liber.* quàm feudalibus succedunt; nullibi enim jure feudali contrarium reperitur decisum (licet id quidam malè opinentur *per tex. 2. F. 26. §. naturales*) idcirco jus commune servandum *2. F. 1.* Et hanc sententiam in Camera Imperiali receptam esse, testatur Mynsing. *c. 4. obs. 42.* Illi (nisi nominatim à Principe ad feuda sint legitimati, adhibito consensu legitimorum successorum *Anto: disp. 1. sb. 6. lit. e.*) ut & Isti à successione plane arcentur *2. F. 26. §. naturales.*

41. Liberi legitimi & naturales simul, si filij sint & Laici (filia enim regulariter non succedunt *tb. 43.* nec Clerici admittuntur, cum feudum quod antea habuerunt perdant *2. F. 21. & 26. §. qui clericus 2. F. 30. inf. 2. F. 36. Ratio habetur 2. F. 21. & 109.*) sive sui sive emancipati, *Auth. in successione C. de legit. hered. Nov. 118. c. 15. F. 1. §. precipimus* eorumq; filij, *2. F. 1. §. 2. 1. F. 8. pr. 1. F. 14. §. 1. 1. F. 19. inf. 2. F. 11. pr. §. F. 1. usq; in infinitum 2. F. 11. 2. F. 50. æqualiter 1. F. 1. §. 1. 1. F. 8. pr. 2. F. 50. inf.* succedunt, (nisi nati sint ex matrimonio cum aliqua ad Morganaticam contracto, ij enim plane à successione feudi excluduntur *2. F. 29. & 2. F. 26. §. filij nati, qui textus negativè legendus*) tam in feudo Novo quàm Antiquo *1. F. 14. 1. F. 20.* tam masculino quàm foemineo *2. F. 11. p. ad filias 2. F. 17. 2. F. 30.* (hoc tantùm observato, ut in foemineo novo libe-

rorum

rorum prioris matrimonij semper potior ratio habenda sit 2. F. 26. §. mulier. nisi contemplatione secundi viri à muliere acquisitum 2. F. 103.) & quidem primi gradus in capita in *Haupter arg.* 1. F. 1. §. 1. F. 8. *pr. Nov. 118. c. 1.* ulterio- ris verò, ut si vel aviatici 5. F. 1. soli exstent 1. F. 1. §. 2. vel cum patris concu- rant 1. F. 14. §. 1. in stirpes in *Stämme* (ut sc. tantum capiant quantum pa- rentes, si viverent, coepissent) *Nov. 118. c. 1.* jure representationis 1. F. 8. *pr.* 1. F. 19. *inf.* 2. F. 50. *pr.* Nec refert an in allodialibus sint instituti an exheredati *arg.* 1. F. 8. *pr.* (modò feudum non sit merè hereditarium *Anto: disp. 5. th. 6. lit. e.*) quia feudum potius ex benevolentia domini quàm cura patris ad filios pervinet 2. F. 23. §. ult. an verè sint nati an ex utero exstet *l. 12. de lib. & posth. l. 1. §. 9. und. cognat. l. 1. §. 5. ad Sc. Textul.* modò non sint monstrofi *l. 14. de stat. bom. l. 3. C. de posthum. hered. instit.* nec aliàs imperfecti corpore vel animo 1. F. 6. §. *mutm.* 2. F. 16. ubi ratio.

42. Est tamen in liberorum potestate, feudum vel indivisum retinere & possidere, vel suo arbitratu inter se dividere 2. F. 26. §. omnes 2. F. 55. §. 1. v. *praterea* 2. F. 77. nisi sit Regale 2. F. 55. §. 1. v. *praterea*, illud enim ad primogenitum (sive is post sive ante adeptum à patre regale feudum natus sit *arg. l. 5. de Senat.*) ejusq; filium, excluso secundo genito, pertinet. A. B. *cap. 7.* Et hoc jus primogenituræ etiamnum conspicuum est in Electorum familiis A. B. *cap. 25.* Domo Austriaca Sinolt. *Col. Pub. disp. 6. th. 17. lit. f.* Ducatu Ba- variæ, Brunsvicensi & Württembergensi, referente Reink. 1. *cl. 4. cap. 17. n. 30.* quod etiam pacto, multiplicatis lineis, in aliis familiis introductum, ut sc. in qualibet linea primogenitus succedat Reink. *d. l. n. 32. & seq.* reliquis tamen liberis, pro dignitate (quam cum ipso Principatus titulo retinent) nataliumq; splendore, à primogenito, pro Principatus facultatibus, (ut sc. primogenito supersit, unde status dignitatem & territorialem potestatem, commodè tueri possit) alimenta debentur A. B. *cap. 25.* In Cæteris verò Germaniæ feudis Re- galibus, in quibus jus primogenituræ non obtinet, hodie observatur, ut ple- rumq; dividantur, interim tamen primogenito seu natu majori, præcipua pars deferri solet, unà cum exercitio & emolumento jurisdictionis, etsi inter- dum convenient, ut alternis annis administrant. Non tamen ipsa regalia, sed potius administratio dividi cæsetur, si quidem qui ita diviserunt non solum de partibus quas administrant, sed de omnibus (quorum possessio Civilis & Do- minium penes omnes manet) se nominant ac si nulla facta esset divisio Reink. *d. l. n. 16. & seq.*

43. Filix (sive filij masculi exstent sive non 1. F. 8. §. 1. 1. F. 24.) earumq; liberi 1. F. 1. §. *hoc autem* 2. F. 11. v. *ad filios* in feudo (etiam franco & emptione, *per sex. gen. 2. F. 1. §. hoc autem & sim.* quibus standum donec exceptio probetur vel

vel primo acquirenti, ipsiusque heredibus concessio *arg.* 1. F. 13. §. *Et si clientulus.* 2. F. 34. §. 2. v. *profecfo*) non succedunt, *tex. alleg.* 1. F. 1. §. 24. 2. F. 11. *quibus adde* 2. F. 2. *inf.* 2. F. 36. *inf.* 2. F. 50. (licet sint bellicosa & armis assuetæ *per tex. gen. alleg.* Anto. *disp. feud. 6. tb. 1. lit. b.*) nisi feudum sit foemineum, 1. F. 8. §. *filia vero* 2. F. 30. & 50 vel eo pacto datum ut ad foeminas transiret 1. F. 1. §. *hoc autem* 1. F. 8. §. *filia.* 1. F. 14. §. f. 2. F. 11. §. *ad filias* 2. F. 18. 2. F. 23. *inf.* 2. F. 50. *pr.* 2. F. 51. §. 3. vel feudum sit merè hereditarium *Fach. lib. 7. contr. 6.* Quibus tamen casibus quoque regulariter non succedunt, quamdiu ex primo acquirente 2. F. 17 2. F. 104 §. 1. (nam si à diversis acquirentibus primis descendant, masculus foemina impedimento esse nequit 2. F. 18.) masculus superest 1. F. 6. §. *quin etiam* 1. F. 8. §. f. 2. F. 30. 2. F. 51. §. *similiter.* 2. F. 104 §. 1. v. *quoniam,* nisi eo tenore de feudo quis investitus sit, ut in eo foemina sicut masculi (i. e. simul & æqualiter cum masculis) succedant 2. F. 104. §. *item* cujus conventionis potestate simul sine sexus discretionem admittuntur d. §. *item.* Pariter foemina succedunt, si à Domino beneficium patris, sine herede masculo defuncti, redemerint 1. F. 24. 2. F. 15. *pr.* Foemina tamen semel per masculi existentiam exclusa à successione feudi, non semper exclusam manet, sed deficientibus masculis admittitur 1. F. 8. §. *filia.* 2. F. 17. quemadmodum semel, non existente masculo, admissa per supervenientiam masculi postea removeri non debet. Etsi enim existente masculo repellatur à feudo acquirendo non tamen removetur à feudo acquisito 1. F. 6. §. *qn. etiam* 1. F. 8. §. *filia* 2. F. 13. 2. F. 17. & 50 *Excel. Dn. Præses disp. feud. 6. tb. 21.*

44. Deficientibus descendantibus succedunt jure Civili Ascendentes *Nov. 118 c. 2.* & demum Collaterales *Nov. 118 c. 3.* Jure verò feudali regulariter Ascendentium nulla est successio, 2. F. 50 (nisi vel ex pacto investituræ 2. F. 84. vel filius contemplatione Patris ob benemerita ipsius investitus fuerit *arg. l. 16. de collat. bon.* vel feudum sit merè hereditarium *arg.* 2. F. 48. *Nov. 118. c. 2.* vel pater favore filij, ut in investituræ, feudum antiquum refutaverit, filius autem sine liberis vivo patre mortuus sit; ita enim in Camera determinatum, esse asserit *Mynsing. c. 3. obs. 93.* quam exceptionem tamen juris feudalis textibus probari vix posse, putat *Anto. disp. 5. tb. 6. lit. b.*) sed statim collaterales admittuntur, si feudum sit antiquum *vid. 1h. seq.* nam à novi feudi successione regulariter excluduntur 1. F. 1. §. 2. v. *sin autem* 1. F. 8. *inf.* 1. F. 14. v. *si duo.* 2. F. 11. v. *hæc vero* 2. F. 12. 2. F. 18. 2. F. 90. 2. F. 102. Etsi n. fratres communiter feudum acceperint 1. F. 1. §. 2. 1. F. 14. 2. F. 12. *pr.* 2. F. 18. tamen unus alteri non succedit *ds. c. 1. F. 8. inf. 20.* sed Dominus *tex. alleg.* 1. F. 14. *inf.* 2. F. 90. nisi pactum de successione factum fuerit 1. F. 8. *inf.* 1. F. 14. *inf.* 2. F. 12. 2. F. 18. 2. F. 90. & expresse dictum ut alter alteri succedat *alleg. tex.* vel feudum sit absolute heredi-

hereditarium *arg.* F. 48. vel de communibus bonis 2. F. 12. 1. F. 20 utriusq; nomine Domino sciente emptum 1. F. 20. (alias enim secus 2. F. 12.) vel fratres in simul steterint 1. F. 20. i. e. simul in casu vel domo communi habitaverint 2. F. 12. vel communibus armis & equis 2. F. 12. in hostem regis acquisierint 1. F. 20.

45. In feudo antiquo verò succedunt, primò Vasalli defuncti fratres 2. F. 11. §. *hū vero* tam Germani quàm consanguinei (nisi sit merè hereditarium in quo Consanguinei non admittuntur, *arg.* Nov. 118. c. 3. *vers. unde consequens*) exclusis uterinis utpote qui non sunt agnati sed tantum cognati, quorum in feudis non habetur ratio, *arg.* 2. F. 11. §. *hū vero* (nisi feudum sit maternum, in quo non solum succedunt, sed etiam consanguineos excludunt *arg.* 2. F. 11. *vers. ad filias fratrumq;* præmortuorum filii 2. F. 11. *vers. hū vero*. Illi soli in capita; hi cum illis concurrentes in stirpes Nov. 118. c. 3. idq; jure representationis *arg.* 1. F. 8. & d. Nov. Quod si fratrum filii soli concurrant, successio fit in capita Nov. 118. c. 3. quæ sententia Constitutione Imperii confirmata X. X. de anno 1529. §. *item als bissher* & in Camera recepta est Mynsng. c. 3. *obs. 94. in fin.* His deficientibus, vocantur Agnati posteriores 2. F. 11. §. *hū vero* usq; in infinitum 1. F. 11. §. *hoc quoq;* 2. F. 31. 2. F. 50. (quod olim secus 1. F. 8. §. 1. 2. F. 26. §. *si Vasallus*, 1. F. 1. §. *hoc quoq;*) idq; secundum gradus proximitatem 2. F. 11. & 50. Computatio verò graduum, non secundum jus Canonicum, sed civile instituenda est 1. F. 1. §. *hoc quoq;* 2. F. 37.

46. Collateralibus non exstantibus, jure Civili Conjuges, succedunt, 1. uni C. und. vir & ux. l. ult. C. quor. bon. & his quoq; deficientibus fiscus tandem bona vacantia occupat l. 1. & 4. C. de bon. vacant. Jure feudali verò uxor marito non succedit 2. F. 8. §. 2. *quamvū* nec maritus uxori 1. F. 15. 2. F. 13. & 85. Fructus autem feudi ad filiam vel uxorem Vasalli pertinent 2. F. 86. idq; secundum dispositionem *tex.* 2. F. 28. §. *hū consequenter vide rhes* 69. Fiscus quoq; hoc jure non succedit, sed per Dominum excluditur 1. F. 13. §. *er si* 2. F. 28. §. *hū consequenter*.

47. Tandem acquiritur feudum Præscriptione. Si n. quis bona fide 2. F. 87. per triginta annos continuos 2. F. 26. §. *si quis*, rem aliquam (etiam Ecclesiasticam per *tex. gen.* 2. F. 26. d. §.) ut feudum (non ut rem propriam neq; ut pignus *arg.* 1. F. 28) possederit, & servitium 2. F. 26. 33. *pr. vers. inde*, Domino ut Vasallus exhibuerit, quamvis de ea re non sit investitus Myns. c. 4. *obs. 29. fac.* 2. F. 33. *pr. vers. inde* tamen triginta annorum spatio, se tueri potest 1. F. 28. 2. F. 9. §. 1. 26. §. *si quis*: 33. *pr. vers. inde*. 87. Eodem modo à parte Domini feudum acquiritur, si is per 30. annos alicujus fundi nomine, qui reverà liber erat, servitia feudalialia ab istius Domino, tanquam à Vasallo receperit; Myns. c. 4. *obs. 29. in fin.*

48. Effectus feudi respectu Domini est; ut ipsi competat jurisdictio in Vasallum 2. F. 55. §. *in super vers. præterea in fin.* qui & reverentiam Domino præstare tenetur 2. F. 22. *vers. curia*. 23. *vers. quomodo* ipsamq; nec accusare 2. F. 24. §. 2. *vers. item*. 33. §. *in quibus* nec famosa actione convenire 2. F. 21. nec in causâ cri-

C

minali;

minali, aut civili modica testimonium adversus eum dicere debet 2. F. 33. §. *similiter & s. seq.* Omnino autem tenetur Dominum captivum (non etiam iuste incarceratum) redimere 2. F. 24. §. 2. *vers. item si delator*, & egenum in columbitatis conservandæ causa arg. 2. F. 6. alere, non verò æs alienum, à Domino contractum, solvere 2. F. 26. §. *licet Vasallus*: 39. *in f.*

49. Imprimis verò obligatur Vasallus, ad servitia *Lehn vnd Ritterdienst*/ Domino immediato 2. F. 54. *in f. 55. s. illud quoq;* præstanda, quotiescunq; requisitus fuerit 2. F. 26. §. *licet Vasallus* 28. s. 1. 37. 55. §. *firmiter* nisi talia sint, ut certo die aut tempore debeantur arg. l. 12. C. *de contrah. & commis. stipul;* nec requisitio Domini expectanda, si Domino insidias litui aut magnum periculum immineri Vasallus intelligit, tunc enim irrequisitus succurrere & servitia sponte offerre debet, 2. F. 7. *vers. & si scivero* 24. §. 2. *vers. prætere* 2. 26. §. *licet* 28. §. *adhæc vers. tu tamen* 39. §. *si à morte*. Quod si servitia sint determinata 2. F. 23. *in fin.* ad illa tantum, non alia arg. l. ult. C. *de pact.* si indeterminata d. 2. F. 23. ad ea quæ alii ejusdem conditionis præstari solent, obstringitur Anton. *disp. 7. th. 2. lit. d. e. f.*

50. Servitia militaria 1. F. 1. §. *notandum*. s. *pr.* 2. F. 12. 55. §. *firmiter* præstanda sunt ab ipso Vasallo in propria persona, vel per substitutum idoneum 2. F. 26. §. *si qui decesserit* 55. §. *firmiter* 99. *in f.* tam ad offensionem, si justum sit bellum, aut de eo dubitetur 2. F. 28. *pr.* quàm ad defensionem si injustum sit 2. F. 28. *vers. sed cum* non Domini sed propriis sumptibus arg. 2. F. 23. s. *ult.* 55. §. *firmiter* (modò feudum sumptibus sit sufficiens 2. F. 77.) contra omnes 2. F. 28. (excipitur tamen Imperator, Rex à quo feudum manavit 2. F. 7. *pr.* 28. §. 2. 55. *in f.* Antiquior Dominus 2. F. 28. §. *f.* ipseq; Vasallus arg. c. *si non licet* 23. *qua. s.*) etiam adversus patrem, filios, fratres & agnatos suos *per sex. gen.* 2. F. 28. à qua tamen militandi necessitate se liberare potest, vel dimidium reddituum unius anni de feudo solvendo 2. F. 55. §. *firmiter*; vel ipsum feudum refusando *vid. th. 54.*

51. Pertinet quoq; ad effectum, quod Domino datur directæ rei vindicatio adversus quemlibet possessorem, ut & adversus Vasallum, v. c. ut feudum ob feloniam commissum reddat 2. F. 24. §. 2. ut rem feudalem ut feudalem restituat 2. F. 2. §. 1. *v. rem suam*: datur & conditio causa data causa non secuta 1. F. 21 ad repetendum feudum, si Vasallus servire noluerit 1. F. 21. *66.*

52. Effectus respectu Vasalli est, ut Dominum vicissim obligatum habeat ad fidelitatem 2. F. 6. 52. §. *ult.* 26. §. *Domino* 47. ut non possit à Domino accusari 2. F. 33. §. *in quibus* nec injuria affici 2. F. 26. §. *Domino* feudoq; privari 2. F. 34. §. *eadem*, nisi culpa convicta 1. F. 7. l. F. 21. & parium laudamento approbata 1. F. 23. §. *fin.* s. F. 1. *pr.* Ut utile dominium rei feudalis consequatur 2. F. 8. *vers. rei autem*, omnesq; fructus omniaq; commoda ex re, ejusq; occasione provenientia, percipiat 1. F. 4. §. 5. & 6. 2. F. 28. §. 3. 45. & 86. meliorationesq; deducat 2. F. 28. *vers. Si Vasallus*, Ut possit feudum locare 2. F. 9. §. *donare* sub in feudare 2. F. 3. §. *sed etiam*

vers. per feudum 9. pr. vers. si vero 28. §. beneficium. 34. §. similiter & Refutare 2. F. 38.

53. Est autem Subinfeudatio *Affirlehnung*/ totius vel alicujus partis feudi, alii in feudum legitima concessio 2. F. 9. *pr. vers. si vero*. quæ sine consensu Domini 2. F. 34. §. *similiter*. 9. *pr. vers. si vero*, æquali 2. F. 26. §. *beneficium*. 34. §. 2. (non qui par est dignitate sed idoneus ad servitia præstanda *rex. alleg.*) fieri potest, quod subvasallo deinceps licet 2. F. 34. §. *similiter* modo sincere, sine fraude, nec in præjudicium domini fiat 2. F. 9. *pr. vers. si vero*, & eadem vel ætiori 2. F. 108. lege, iisdemq; conditionibus quibus ipse subinfeudans habet 2. F. 34. §. *similiter*: *vers. profecto*. 39. detur. Et hoc modo subinfeudatione factâ, subinfeudatus Vasallus fit subinfeudantis 2. F. 55. *idud quoz*, cujus respectu feudum perpetuo (quamdiu sc. supersint liberi subinfeudantis 1. F. 5. §. *rursus*. 2. F. 9. *vers. si autem*, una cum feudo hereditatem agnoscentes 2. F. 45.) respectu agnatorum, quamdiu subinfeudans vivit, respectu verò Domini quamdiu agnati supersunt, tenet: potest modum n. velut resolutio jure concedentis licitè avocari potest *l. 31. de pign. & hyp.*

54. Refutatio est juris per investituram acquisiti abdicatio 2. F. 38. *die lehns Auffagung/ auffkündigung/* quam Vasallus etiam Domino nolente facere potest 2. F. 38. 14. 44. *in f.* eaq; facta ad serviendum quidem ulterius non tenetur, offendere tamen non debet 2. F. 38. *inf.* Fit a. Refutatio vel Domino vel Successoribus. Illa in manus Domini fieri dicitur 2. F. 9. §. *si autem*: 14. & nisi ad hoc fiat, ut filii investiantur, omne jus petendi descendantibus adimitur 2. F. 14. modò feudum sit novum; nam si antiquum, creatur quidem præjudicium liberis & agnatis, quamdiu refutans vivit, mortuo autem refutante, à Domino possunt revocare *arg.* 2. F. 39. Hæc fit in manus filiorum vel agnatorum: Illis omne feudum refutare potest; Histantum antiquum. 2. F. 14. 2. F. 39.

55. Donare tamen feudum 2. F. 9. §. *donare*, aut judicare pro anima *d. tex.* 2. F. 55. *pr. vers. habito ergo*, vel in dotem pro filia dare 2. F. 9. *pr.* & §. *donare*, (licet uxor recte dat in dotem marito 2. F. 13. & 17) omninò prohibetur. Sic quoq; nec in Emphyteusin *arg.* 2. F. 55. usumfructum *arg. l. ult. C. de reb. alien. non alien.* vel in solutum dare *l. 1. C. de fund. dotal.* neq; prælegare *arg.* 2. F. 9. §. *donare* 1. F. 8. *pr.* oppignorare 1. F. 5. §. *item si quis* 2. F. 55. *pr.* cambium de eo facere 1. F. 22. §. *si quis*, vendere, nec alio quovis modo alienare & distrahere 2. F. 55. sine consensu Domini 1. F. 5. §. *item si quis*, 13. §. *si vero*. 2. F. 25. §. *si quis* 55. vel agnatorum (si sit antiquum) 2. F. 39. *pr.* potest; adeo ut Scriba i. e. Notarius super hoc instrumentum conscribens, post amissionem officii, cum periculo infamiæ, manum quoq; amittat 2. F. 52. & 55.

56. Etsi autem alienatio consensu Domini facta licita sit *ds.* 1. F. 5. 13. 21. 2. F. 34. §. *similiter*. 52. & 55. non tamen præjudicat alienatoris filiis & agnatis nisi ipsorum quoq; consensus accesserit 2. F. 26. §. *Titium* 1. F. 5. §. 1. 2. F. 39. *pr.* 55. §. *preterea*; Competit enim iis jus Retractus seu Redimendi, nec non jus Revocandi.

Jure retractus (quod potissimum locum habet quando alienatio pretio accedente facta) filius licitum est feudum alienatum, vivo adhuc patre, intra annum 2. F. 26. §. Titius, redimere, pretio quod emptor dedit refuso arg. 2. F. 3. §. sed etiam. 9. v. porro. Idem quoq; licet Agnatis (etiam Domino iis se casibus quando feudum absq; consensu ipsius alienari potest 2. F. 9. §. 1. v. porro excepto casu subinfodationis 2. F. 3. §. 1.) filiis non existentibus, vel jure suo uti nolentibus, modò feudum alienatum sit antiquum 2. F. 26. §. Titius, ita tamen ut proximior gradu remotiorem excludat 2. F. 3. §. 1. 9. §. 1. v. porro. Quod si vivo alienatore jure redimendi usi non sint, datur jus revocandi, quo possunt defuncto alienatore feudum quovis titulo alienatum etiam nullo refuso pretio (nisi alienatio facta sit ob onus quoddam reale feudo incumbens, quod quivis successor agnoscere tenetur Anto. disp. 10. tb. 2. lit. c.) jure successionis 2. F. 26. §. Titius revocare, modò tempus revocationi præfinitum non sit elapsum, quod ex communi Dd. opinione, (etsi alienatum sit in remotiorem agnatum) est triginta annorum, & initium sumit à tempore mortis alienatoris arg. 2. F. 83. Anto. disp. 10. tb. 6. lit. e. Quod si agnati proximiores alienationi consenserint, vel spatio 30. annorum, feudum absq; consensu eorum alienatum revocare neglexerint, remotioribus nullum creant præjudicium, quo minus sublatis è medio proximioribus, feudum alienatum revocare liceat arg. 2. F. 8. pr. v. quid ergo. 1. F. 8. §. 1. v. hoc quoq; 2. F. 52. §. 2. in f. 2. F. 83.

57. Tandem effectus feudi respectu Vasalli est, ut ipsi competant Interdicta tam adipiscendæ 2. F. 26. §. inter filiam & retinendæ, quam recuperandæ non solum adversus extraneum verum etiam adversus Dominum 2. F. 22. v. si vero arg. l. 1. §. 43. de vi armat. Datur etiam illi utilis vindicatio adversus quemvis possidentem 2. F. 8. §. 1. 43 qua etiam servitatem feudali prædio debitam petere potest 2. F. 8. §. 1. Nec solum utiliter agendi 2. F. 26. §. si Vasallus de beneficio, sed & excipiendi potestatem habet 2. F. 8. §. 1. 43. etiam domino ignorante 2. F. 26. d. §. si Vasallus & absente 2. F. 43. & si pro eo vel contra eum judicatum fuerit, vel Vasallus citra fraudem, etiam in præjudicium Domini transegerit, firmum omni tempore manet illud judicium & dominus ratum habere cogitur 2. F. 26. §. si Vasallus 43.

58. Amittitur & finitur feudum vel Culpa 1. F. 7. 21 pr. 22. §. fin. 5. F. 1. (quæ longobardicè feloniam appellatur 2. F. 26. §. domino committente. 38. 47. Germanicè eine Untrew/ Schelmstück) vel sine culpa Vasalli : Sine culpa finitur (1) finito tempore ad quod concessum est 1. F. 2. pr. 11. (2) Religionis ingressu 2. F. 26. §. qui clericus 2. F. 30. & 36. Ratio habetur 2. F. 21. 36. & 107. vid. tb. 41. etiam si habitum quem assumpsit denuo post posuerit 2. F. 30. (3) Vitio corporis vel animi 2. F. 5. inf. vid. tb. 22. & 41. inf. (4) nullis successoribus relictis 1. F. 5. §. rursus. 13. v. etiam si clientulus 2. F. 9. pr. v. si vero. 11. §. bis vero v. fin Titij. 28. v. bis consequenter. (5) Præ-

(5.) Præscriptione, si forte Dominus per 30. annos prædium feudale possederit, cum enim præscriptione acquirantur feuda *vid. ib. 47.* necesse est ut ea quoq; eadem amittantur *arg. l. 35. de R. I. fac. l. 7. 8. 10. s. 1. quemadmo servit amit* (6.) Re-
futatione *ib. 54.* (7.) Interitu rei *pr. f. de usufr. l. 2. ff. eod. arg. l. 129. s. 1. de R. I.*

59. Culpa Vasalli ob quam feudum amittitur est, vel commissionis vel omis-
sionis; Committit autem Vasallus culpam vel in Dominum vel in Extraneum. In
dominū vel directō vel per consequentiam. Directō culpa committitur si Vasal-
lus ipsum dominū offendat veluti, si iniuste occiderit *arg. 2. F. 7. v. ego juro* vel vul-
neraverit *2. F. 6. v. incolame 2. F. 7. v. ego juro*, impias manus ubicunq; ingesserit
2. F. 24. s. porro, vel alias graves injurias intulerit *2. F. 24. s. porro*, inhonestisq; fa-
ctis offenderit *2. F. 57. in pr. vitæ ipsius gladio, veneno vel aliter insidiatus fuerit*
2. F. 24. s. porro (nisi sponte pœnitentia ductus ab incepto desisterit *2. F. 51. s. si*
voluerit. l. 18. de pœn) aliisq; insidiis *2. F. 51. s. si voluerit inf.* clandestinis vel ma-
nifestis appetiverit atq; indecentibus machinationibus offenderit *2. F. 57. Ca-*
strum obsederit, assalierit & oppugnaverit 1. F. 5. v. similiter: 17. 2. F. 24. s. porro;
maximè si sciverit Dominum ibi commorari *all. rex.*

60. Non minus Dominum directō offendit si delator ejus exstiterit *2. F. 24.*
S. item fidelator: & per suam delationem grave dispendium ei sustinere fecerit
& l. amicitias cum inimicis Domini in perniciem ejus copulaverit 2. F. 57. aut ho-
stibus ejus quocunq; modo subsidia præstiterit arg. 2. F. 7. v. etsi scivero. Creden-
tiam dolo malo (secus si ex simplicitate *arg. l. 53. pr. de furt*) & animo damnifican-
di (licet nihil damni inde fuerit secutum *arg. l. 14. ad l. Cor. de sic ar. d. l. 53. de*
furs.) aliis manifestaverit atq; detexerit *1. F. 17. 2. F. 5* Si feudum totum vel par-
tem ejusve conditionem, sciens *2. F. 26. s. Vasallus si feudum. 34. S. ult.* sive in sive
extra judicium inficiatus fuerit *per d. l. gen. 2. F. 26. § 34. dominum accusaverit*
(nisi suam suorumq; injuriam persequatur *arg. l. 11. de accus. l. 1. §. 43. v. aliter*
de vi hvi armat. V. C. si dominus uxorem, matrē &c. Vasalli stupraverit arg. 2. F. 47.)
de crimine (excepto L. Majestatis *arg. l. 7. §. servi quoq; ad L. Jul. Majest.*) licet
vero & ab ipso probato, *per tex gen. 2. F. 33. s. in quibus v. similiter:* aut aliam
famofam actionem contra eum instituerit *arg. 2. F. 22. v. curia autem.* testimoni-
um in causa criminali vel civili modica contra dominum (sponte non à Ju-
dice coactus *l. 167. s. 1. de R. J.*) dixerit *2. F. 33. s. in quibus v. similiter.*

61. Per consequentiam culpa in Dominum committitur, si à Vasallo offen-
datur vel in personis potestati affectuive ejus subjectis, vel in rebus. In personis
offenditur: Si locus in quo Domini uxor est Vasallus obsederit & assalierit.
1. F. 5. §. similiter. Si Dominum cucurbitaverit *1. F. 5. §. item si fidelis 2. F. 38. 57.*
s. F. 2. i. e. cum uxore 1. F. 5. d. §. item 17. 21. §. fin. vel sponsa ejus l. 15. §. 24 de injur.
l. 13. §. 3. ad L. Jul. de adult. (non vidua *1. F. 21. §. fin.* multo minus cum concu-
bina; *arg. l. 42. de pœn.*) etiam volente *l. 1. §. 5. l. 26. de injur.* (nisi meretriciam

ducatur vitam & corpore turpem quantum faciat l. 22. §. 29. C. ad L. Jul. de adult.) sciens l. F. 5. §. item si fidelis (secus si errore facti arg. l. 15. §. 15. de injur. Exempla vide Gen. 38 v. 15. & seq. c. in lectum 3 4. qua 2.) vel concumbere se exercuerit l. F. 5. d. §. et si effectu sceleris potiri non potuerit l. 1. de extraord. crim. arg. l. u. v. pr. ver. qua multo C. de rap. virg. (nisi sponte sua nullo alio impedimento interveniente, poenitentia ductus, destiterit. arg. 2. F. 51. §. si volueris.) Cum ea turpiter luserit, l. F. 5. v. item si Vasallus. (tangendo honestè non tangenda) aut præter gentis consuetudinem & honestæ affectionis rationem, luxuriosè osculatus fuerit: uti enim percussio præparatorium homicidij ita amplexus & oscula libidinis suscitabula Venerisq; præludia esse ferunt.

62. Item: si Domini matri arg. Nov. 105. c. 2. v. si vero copulatus, filia, nepti ex filio, nurui l. F. 5. §. item si fidelis. 2. F. 24. §. 2. v. rursus sorori in domo (i. e. in familia) domini adhuc manenti, quæ in capillo (i. e. innupta) dicitur d. l. 2. F. 24. (etiam volentibus & consentientibus arg. eor. qua th. preced. trad.) sese immiscuerit d. l. 1. F. 5. 2. F. 24. non verò si turpiter cū iis luserit. arg. l. F. 5. §. item si fidelis.

63. In rebus Dominus offenditur: Si Vasallus munitionibus, castris, Civitatibus, vicis, aliisque Domini possessionibus dolo malo damnum quocumq; modo intulerit 2. F. 6. v. tutum & v. utile. 7. v. et si contigerit junct. l. F. 21. pr. §. §. similiter 2. F. 24. §. porro feudum (etiam si sit emprum arg. 2. F. 8. §. de contrario inf. 43.) insigniter deterius reddiderit 2. F. 8. §. de contrario. 24. §. præterea. 27. §. quæcumq; Si sciens 2. F. 26. §. si Vasallus arg. 2. F. 34. §. ult. (ignoranti enim beneficio restitutionis succurritur 2. F. 42.) totum vel partem feudum l. F. 18. 21. §. ult. 2. F. 9. & 38. (excepto casu 2. F. 43. expresso) ignorante Domino l. F. 13. §. si vero. vide th. 56. in extraneum arg. 2. F. 3. §. 1. alienaverit vid. th. 55. (sive spontè sive coactè, fortè famis vel æris alieni necessitate illud fecerit, nihil interest 2. F. 9. v. necessitate. 55. pr. v. habito ergo) tunc enim totum, quatenus totum, vel partem, quatenus partem alienavit, amittit 2. F. 38. 52. §. si quis & 55. §. callidus (una cum pretio accepto 2. F. 24. inf. 52. §. si quis quod fisco venit applicandum si emptor sit male fidei arg. l. ult. de litig. si bonæ fidei, eidè restituendū 2. F. 55. §. nos autem) dominoque aperitur 2. F. 24. inf. 38. 44. & 55. v. callidus, etiam si alienatū postea recuperaverit 2. F. 44. inf.

64. In extraneum culpa committitur, si Vasallus fratrem suum l. F. 5. 2. F. 24. §. deniq; v. si vero. 37. (non fratrem domini 2. F. 37.) fratrisq; filium l. F. 5. ad hoc ut totam hereditatem habeat, solusq; feudo potiat 2. F. 37. interfecerit, vel aliud grave crimen patricidij, eadè de causa, perpetraverit 2. F. 24. d. §. v. Hominem i. e. Convasallum suum prodiderit 2. F. 37. vel alias graviter deliquerit, & grave quid (v. c. crimen læsæ Majestatis l. 5. C. ad L. Jul. Maj.) commiserit 2. F. 24. subditos arg. §. ult. f. de hñ qui sui vel. alien. jur. l. 2. eod. inordinatè tractaverit, & admonitus non respicerit arg. 2. F. 27. §. 8. & deniq; si feloniam commiserit, ob quam honestè & sine dedecore in curia Domini stare nequit 2. F. 37.

65. O.

65. Omittendo Vasallus culpam committit, si renovationem investituræ justo tempore non petierit *vid. Thef. 33.* fidelitatem, tribus vicibus citatus, præstare recusaverit 2. F. 22. *pr. & 24. §. 1. vid. ib. 37.* Requisitus servitia debita exhibere noluerit *vid. ib. 49. & 50.* vel viginti annis non præstiterit 1. F. 21. 2. F. 26. *§. cessi Vasallus & §. licet: 28. §. 1. 37. §. f.* Domino justitiam facere neglexerit 2. F. 24. *§. illud;* admonitus filium vel subvasallum, qui dominum offendit à se non separaverit, nec ad Dominum deduxerit, ut ei satisfaciat 2. F. 55 *v. in super. & v. illud.* Præterea si resciverit contra Dominum assatum, mortem, captionem aut patrimonij grande jacturam facere molientem 2. F. 24. *§. 2. v. præterea;* ipsum (quam citius potuerit) non certioraverit & denunciaverit 2. F. 7. 24 *d. §. 2. 28. §. ad hoc inf.* eiq; ultro adjutorium suum non præbuerit, 2. F. 26. *§. licet:* ab obsidione 2. F. 28. *§. ad hoc,* captivitate 2. F. 24. *§. item si delator,* morte 2. F. 39 *inf.* cum potuerit, non liberaverit *dt. dt.* in prælio periclitantem nec mortuum nec lethali- ter vulneratum 1. F. 5. *pr. deseruerit* 1. F. 17. 2. F. 24. *§. 2. 57. & cum eo non labo- raverit* 1. F. 21. *inf.*

66. His prædictis & jure expressis causis potissimum feudum amittitur, non ipso jure, sed per sententiam causa cognita 2. F. 24. *§. 2. 1. F. 21. & quinq; testibus probata* 2. F. 57. Cæteræ non expressæ judicis relinquuntur arbitrio æstimandæ an expressis similes vel majores sint ut Vasallus propter unam aut alteram feudo merito privetur 2. F. 24. *§. 2. v. sed quia.* Non tamen iisdem de causis quibus filius exheredatur, donatio revocatur, matrimonium dissolvatur feudum statim amittitur *arg. l. 8. C. de repud. & 2. F. 37. & 24. §. rursus.*

67. Ex qua culpa autem Vasallus feudum amittit, ex eadem quoq; Dominus (quatenus sc. in ipsum cadit) feudi proprietate privatur 2. F. 26. *§. domino committente. 47.* sive peccaverit in Vasallum sive in alium *d. 2. F. 26.)* & vasallo adjudicatur, ita ut feudum in posterum jure libero & allodiali possideat; modò Dominus delinquens illud non ab alio superiore recognoscat; quo casu Vasallus quidem eximitur à servitiis Domini delinquentis, agnatis tamen ipsius, aut Domino superiori, jus quod ipsis competit, minimè auferitur *arg. 2. F. 8. §. quod ergo l. 54. de R. J. l. 22. C. de pen.*

68. Feudum amissum nonnunquam ad Dominum, nonnunquam ad Vasal- li successores devolvitur. Sine culpa Vasalli amissum (modò non planè extin- ctum sit) si Novum sit ad liberos, & his non extantibus ad Dominum 2. F. 21. si vero antiquum ad agnatos devolvitur 2. F. 21. *vid. ib. 40. 44. 45. & 46.* Culpa amissi- sum ad dominum immediatè proximum 2. F. 55. *§. 1. v. illud quoq; irrevocabiler* redit, modò in Dominum commissa sit 1. F. 5. *v. hi omnibus* 2. F. 24. *§. fin. (ubira- tio)* 37. Si verò in extraneum commissa, novum quidem etiam ad Dominum 2. F. 24. *§. deniq; F. 37.* antiquum verò ad agnatos proximiores pertinet *al. 262.* filiiis penitus exclusis 2. F. 26. *§. si Vasallus culpam.* 21. Ob prælati verò culpam Ec- clesia tantum eo vivente feudo privatur 2. F. 49. *inf.*

69. Ecu-

69. Feudo sine culpa finito, v. c. morte Vasalli omnes fructus ad Vasalli heredes cujuscunq; generis transmittuntur, modò Vasallus defunctus sit post calendarias Martij usq; ad Augustum; quod si post Augustum vel ante Martium, omnes pendentes lucrabitur Dominus 2. F. 28 § *hinc consequenter*. 45. Culpa verò amissa, perceptos ante culpam Vasallus suos facit l. 48. de A.R.D. l. 25. de usur post culpam, restituit l. 33. l. 62 § 1. de R.V. l. 5. l. 22. C. de R.V. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. pendentes autem una cum fundo amittit l. 44. de R.V. Eadem distinctio obtinet in impensis & meliorationibus, ut feudo sine culpa finito illæ ad heredes pertineant 2. F. 8. § *e contrario*. 2. F. 28. § *si Vasallus*. d. t. Culpa verò amissa meliorationes istæ Domini vel agnatorum lucro cedunt, nisi sint necessariae l. 5. C. de R.V. l. 38. de pet. hered. aut post culpam amissam factæ vid. Anto disp. 12. tb 6. & 7. per tot. In Marchia quid obtineat constat ex Arnold. de Reyg. *Tbesaur. Jur. v. feudum* n. 252. Kopp. *de i. f.* 30. n. 25. Scheplitz *Consuet. March. part. 3. tit. 3. § 7.*

70. Restant quædam dicenda de judicio feudali, ubi duo veniunt maximè observanda Judex sc. coram quo actio feudi nomine competens vid. tb 51. & 56. proponenda & modus agendi. Judex Competens pro ratione causarum & personarum litigantium nonnunquam est Dominus feudi 2. F. 55. *inf.* interdum Pares Curia 2. F. 55. *inf.* quandoq; Ordinarius vel Arbitrarius 2. F. 15. & 16. Si enim inter ipsos Vasallos (qui sc. mediatè non immediatè Imperio subjecti, hi enim coram Imperatore vel Cameralitem exercere tenentur vid. tb *seq.*) controversia oriatur de feudo non regali, Dominus (modò non sit suspectus tunc enim à partibus recusari potest 2. F. 15. 2. F. 46 *arg. l. 10 de juridict.*) Judex erit 2. F. 34. *pr. 55. inf.* nec inter est Laicus sit an Clericus, Masculus an foemina, Vasallo dignitate superior vel inferior *c. extramissa est de for. competent: arg. 1. F. 1. modò sit sanæ mentis & justæ ætatis; sin secus tutor vel Curator ejus nomine judicis sustinebit partes arg. l. 57. de Rejud.* Quod si dominus non sit præfens sed vel absens vel defunctus Vicarius quispiam judicio prærit. Sic hodie vacante Imperio loco Imperatoris Elector Palatinus & Saxonix de feudis cognitionem habet A. B. *cap 7.*

71. Quod si controversia sit de feudo regali v. c. Electoratu, Ducatu & c. solus Imperator Romanus judex competens erit 2. F. 18. 2. F. 34. *in pr.* quod etiamnum obtinet, ita ut Camera Imperialis de his cognoscere nequeat Ord. Cam. *p. 2. tit. 7.* nec Vicarij Imperij (ut sc. quenquam investiant) A. B. *c. 5.* in feudis vero non Regalibus Camera cum Imperatore concurrentem habet jurisdictionem præventioniq; locus est Excel. Dn. *Præl. Disp. feud 11. tb 20.*

72. Si inter Dominum & Vasallum de feudo non Regali contentio sit, Pares Curia i. e. Convasalli, ab utroq; electi 2. F. 16. judices erunt 1. F. 10. 2. F. 16-20. *pr. 12. 39. §. si inter 55. §. pen.* Si vero Pares non habeat 2. F. 16 vel suspecti arguantur *arg. 2. F. 15.* Judicis ordinarij erit cognitio 2. F. 15. & 16. ad quem & tunc *causa*

causæ decisio pertinet, si vel Domino vel Vasallo de re feudali lis sit cum extraneo, ut & si duo domini inter se litigent 2. F. 27. §. si iudex v. si duo C. 34. pr. v. si autem Excel. Dn. Præl. disp. it. th. 27. item si dominus feudi adversarium Vasallum esse neget, vel rem feudalem esse non constet; uti conclusum in Camera teste Mynf. c. 1. obs. 99. c. 5. obs. 75.

73. Modus agendi cum jure civili Communis est quantum ad offerendam citationem (nisi quod terna denuntiatio fieri Vasallo debeat arg. 2. F. 22. cum jure civili una pro tribus nonnunquam sufficiat l. 72. de judic.) porrigendum libellum, litem contestandam, dilationes concedendas probationes adferendas, sententiam dicendam, appellationem concedendam, attinet. Cum enim nihil hac de re specialiter usibus feudorum statutum, jus commune merito venit observandum arg. 2. F. 1.

74. Diverfus & specialis est (1) quo ad juramentum calumniæ, quod in feudalibus judiciis locum non obtinet 2. F. 33. inter Dominum sc. & Vasallum; Vasallus enim à Convasallo quin recte exigere queat nullus dubito l. 2. C. de jur. jur. propter cal. arg. 2. F. 1. (2) quo ad probationes. Jure communi per quosvis fide dignos fit probatio, etiam per fœminas l. 18. de testib. Jure feudali mulier non admittitur sed tantum mares 2. F. 32. §. ult. nec extranei sed soli pares Curia modò haberi possint 2. F. 26. §. testes (si sc. de novi feudi secularis probatione agitur vid. th. 36.) de jure communi (extra materiam ultimarum voluntatum) duo testes sufficiunt l. 12. de testib. ut verò culpa Vasalli probeatur quinq; jure feudali desiderantur 2. F. 57. neq; hoc jure auctore non probante reus continuo absolvitur (uti fit jure Civili l. 8. l. 23. C. de probat. l. 4. C. de edend.) sed defertur ipsi interdum juramentum 2. F. 33. cum duodecim ut plurimum Sacramentalibus 1. F. 4. §. cum autem in fine. 10. 26. §. 1. 28. 2. F. 33. & cum. Horum verò usus, uti & probatio per monachum 2. F. 27. pr. v. si quis hominem §. 3. v. similes. 39.

§. pen. flammam, ferrum candens, aquam ferventem vel frigidam, &c. ab usu recesserunt & reprobatae sunt c. consultuisti 2. qua 4.

Atq; hoc modo amplissimam juris feudalis materiam pro ratione temporis & instituti summarie delineasse sufficiat. Finimus ergo in nomine Dei ter Opt: Max: unius in essentia; Trini in personis sub pari Majestate & pia Trinitate credendi & colendi, l. 1. & 2. C. de sum; Trinit.

VIRO

V I R O *Eruditissimo atque Eximio*
DN. HENRICO ACIDALIO,
Convictori suo suavissimo.

UT placeas Themidi noctesque diesque laboras,
Et Themis exoptat Diva placere Tibi.
Poesce Deam tandem, quæ debet, præmia fronti,
Ut voti compos fiat & Ipsa sui.

Hoc ego non tantum, verùm (tibi nullus adolor)

JURIS solemnè voce SENATUS ait.

*Andreas Tscherningius, Prof. Poet. h. e. Acad. Rostockæ
Rector & Collegij Philosophici Decanus.*

ARruit à studio dum multos Vanæ volupras,
Te magis ad studium discendi perpulit ardor,
Hinc quoq; post toties revoluta volumina juris
Civilis, placitis animum applicuisse lubentem,
Fœdorum placuit; quantum profeceris, hæcce
Illorum ostendit bene concinnata SYNOPSIS,
Et publica ostendet Collatio, Mæsse, ACIDALI,
Quem THEMIS alma, instar fœdi, dat, habebis honorem!

PRÆSES.

Quærimus Artificem Juris? Placet Indole tantâ
Concilians FEUDUM noster ACIDALIUS.
Omnis molis erat non parvæ sculperè Fœdus,
Quod nexu pulcro pagina parva dabit
Plaudite noster Amor! quem dat mihi LEUCORIS Alma,
Mox TIBI ceu FEUDUM MARCHIO MAGNUS erit,
Ast HUIC non tradet TE Gloria nostra, RHODANTE
Quàm juncto FEUDO: *parva corona TIBI.*


*Amico antiquæ Fidei & optatissimi candoris Dn, ACIDALIO
J. U. Candidato dignissimo sic fraternè gratulor*


M. Elias Sigism. Reinhart.

Cæsar is est dare feuda suis pro Belle Vasallis
Et Doctos titulis candecorare suis,
Nunc Tibi feuda dabit, Frater, post acta probabunt,
Doctoris Titulum, mox, scio, ritè dabit,
Feudis præstat honos; qui a feuda vacanti a Fisco
Cedunt; Sed titulum qui capit, ipse tenet.

Philippus Zincke/S. S. Theol. & Phil. Stud.

1750 1751 1752





si vel Domino vel Vafallo de re feudali lis fit cum extra-
inter se litigent 2. F. 27. §. si iudex v. si duo C. 34. pr. v. si
diff. ii. th. 27. item si dominus feudi adversarium Vafal-
feudalem esse non constet; uti conclusum in Camera
s. obf. 75.

um jure civili Communis est quantum ad offerendam
terna denuntiatio fieri Vafallo debeat arg. 2. F. 22. cum
s nonnunquam sufficiat l. 72. de judic.) porrigendum li-
dam, dilationes concedendas probationes adferendas,
appellationem concedendam, acriter. Cum enim nihil
us feudorum statutum; jus commune merito venit ob-

cialis est (1) quo ad juramentum calumniae, quod in feu-
non obtinet 2. F. 33. inter Dominum sc. & Vafallum; Va-
lo quin recte exigere queat nullus dubito l. 2. C. de jur.
(2) quo ad probationes. Jure communi per quosvis fide-
iam per foeminas l. 18. de testib. Jure feudali mulier non
mares 2. F. 32. §. ult. nec extranei sed soli pares Curiae
F. 26. §. testes (si sc. de novi feudi secularis probatione
jure communi (extra materiam ultimarum volunta-
ant l. 12. de testib. ut vero culpa Vafalli probeatur quinq;
ur 2. F. 57. neq; hoc jure actore non probante reus conti-
ure Civili l. 8. l. 23. C. de probat. l. 4. C. de edend.) sed de-
amentum 2. F. 33. cum duodecim ut plurimum Sacra-
m autem in fine. 10. 26. §. 1. 28. 2. F. 23. & cum. Horum vero
monomachia 2. F. 27. pr. v. si quis hominem §. 3. v. similes. 39.
rum candens, aquam ferventem vel frigidam, &c. ab-
unt & reprobatae sunt c. consuluisti 2. qua 4.

lo amplissimam juris feudalis materiam pro-
& instituti summarie delineasse sufficiat. Fi-
mine Dei ter Opt: Max: unius in essentia;
sub pari Majestate & pia Trinitate credendi
C. de sum; Trinit.

VIRO